

1636. ię. 3. Februarij.

Joannes Chojenski Episcopus Plocensis,  
Andree Cricio Archiepo Inesnensi.

34  
Reverendissime etc. Reddidit mi:  
hi Ambrosius Kozzebok Nepos ex sorore  
Paternitatis Vestre Reverendissime lite:  
ras, a paternitate vestra Reverendissima,  
et annulum, quem mihi Reverendissimus  
olim Dominus Petrus Tomicki Episcopus  
Cracoviensis testamento legavit, de quo Pa:  
ternitati Vestre Reverendissima gra:  
tiam habeo, De illius vero Defuncti ami:  
cis et necessarijs sedulo promoveri stu:  
debo. Voluit ille nimirum esse apud me  
aliquam memoriam sua erga me pro:  
pensionis, ac testificationem gratitudi:  
nis sue in me, propter summam me:  
am in se observantiam. Itaque istum  
annulum et alterum, et nonnulla a:  
lia, quae is mihi legavit, id quod ex a:  
micorum literis, et exemplo testamen:  
ti illius, quod ad me missum est intellexi,  
ejus rei pignus quoddam apud me esse  
voluit. Nam quod mihi Paternitas Ve:  
stra Reverendissima ovinatur et optat  
ut in ejus locum succedam, non dubito  
iam Paternitatem Vestram Reveren:  
dissimam aliunde accepisse, Episcopatum

Cracoviensem  
○○○○

Craioviensem ad Dominum Joannem  
Latalski Posnaniensem delatum esse, ei  
vero dominum Joannem ex Quibus Li:  
thuanicis episcopum Vitnensem suspectum  
esse. Tametsi oblata mihi prius est Posna:  
niensis, quam ego multis, et magnis ratio:  
nibus adductus non accepi. Deum optimum  
maximum precor, ut et ordinem Ecclesia:  
sticum, et universam rempublicam nostram  
tueri velit ac defendere, quamdiu nos vi:  
vimus. Video quorsum res spectent, vereor  
ne quid magni mali nobis impendeat. Id quod  
Paternitatis Vestrae Reverendissime, que  
isthuc degit, ac multa videt, que nos vix  
leviter audimus, non obscurum esse credo.  
Commendo me Paternitati Vestrae Reve:  
rendissime, etiam atque etiam sui Diu:  
turnam incolumitatem, et felicitatem  
opto. Vitne 3. Februarij. 1536. ~